

www.e-rara.ch

Marsilius Ficinus Florētinus De triplici vita

Ficinus, Marsilius

[Basel], [um 1497]

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: Ink K 321,2

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-68641>

Prologus.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Prologus.

Marfilij Ficini Florētini in libꝛ de uita/ad magnani/
mum Laurētiū Medicen patriæ seruatorē: Prologus.

b Acchum/poetæ summū antistitē sacerdotū/bis
natū canūt. Forte significātes/ uel futurū sacer/
dotē statim initiatū/ oportere renasci: Vel per/
fecti tandē sacerdotis mentē deo penitus ebriā/ iam ui/
deri renatam: Aut forsan humiliorē sensu/ uinū Bacchi
germē generari semel i uite quasi Semele/ maturis sub
Phœbo racemīs: regenerari rursum post ipsum uinde/
miæ fulmen in suo uasē uinū: uelut in Iouis femore me/
rum. Sed de sacris in præsentia mysterijs nō est loquen/
dum: ubi mox physica potius ope languētibus opitula/
turi sumus. Nec agendū stilo grauitatis seruo: sed libe/
ro poti⁹ & iocoso: postq̃ a Libero patre nescio quomō
statim exorsi sumus. Et recte inquā nescio quomō: Nā
forte prudentior aliq̃s a Phœbo medicorū primo/ poti/
us q̃ a Baccho medicinā auspicatus esset. Quid uero?
Si quod nō uanū omen sit i ore nunc forte quadā profe/
rente Bacchū. Hic enim almo quodā uino securitateq̃
lætissima/ salubrius forte medetur/ q̃ herbis ille suis car/
minibusq̃ Phœb⁹. Quocūq̃ uero sensu uel illa uel hac
accæperis/ dux ille sacerdotum Bacchus/ geminas quasi
matres habuisse fertur. Melchisedech aut summus ille
sacerdos/ unā uix matrē/ unū uix patrem habuit. Ego sa/
cerdos minimus/ patres habui duos: Ficinū medicum/
Cosmū medicen: Ex illo natus sum: ex isto renatus. Ille
quidē me Galieno: tum medico/ tum Platonico cōmen/
dauit: Hic autē diuino consecrauit me Platoni. Et hic si/
militer atq̃ ille Marsilium medico destinauit. Galienus
quidē corporū: Plato uero medicus animorum. Iandiu
igitur sub Platone salutarē animorū exercui medicinā:
Quādo post librorū omniū eius interpretationē/ mox
decē atq̃ octo de animorū immortalitate libros/ & æter/
na felicitate cōposui: ita pro uiribus patri meo medici
satisfaciēs. Medico uero patri/ satis deinceps faciendū

Prologus.

pūans librū de litteratorū ualitudine curāda cōposui.
Desiderabant præterea post hāc homīnes litterati non
tantū bene quādoq; ualere: sed etiā bene ualētes/diū ui/
uere. His ergo deinde librū de uita lōga dedi. Diffide/
bant autē medicinīs atq; remedijs in re tanta terrenis:
Adiunxi librū de uita/tum ualida/tum lōga cōelitus cō/
paranda: ut ex ipso mōdi corpore uiuo/uita quādā ue/
getior in corpus nostrū quasi quoddā mundi membrū/
uelut ex uite ppararetur. His uero tu medicinæ libris
ignosce precor indulgētissime Laurenti: si dum medi/
cus esse uolo: nescio quō etiā nolens sum & si nō bonus
sape poeta. Nam & Phoebus idē est medicinæ rector/
poetisq; magister: uitāq; ille suā nobis non tam per her/
bas q; per citharā cantūq; largitur. Ipsa quinetiā Venus
apud astrologos/musicū æque parit:& medicū. Sed ha/
ctenus dum litteratorū ciuiūq; similiū uitæ curiosius cō/
sulo/librorū meorū salutē ne gligo: q; diu inter se patior
esse seiunctos. Quāobrem in eos nūc primū pius/in cor/
pus unū copulo. Cuius artubus in unā formā iam cōpa/
ctis/uita ptinus adsit. Non potest autē hoc opus physi/
cum/id quasi corpus meū/uitā accipere/nisi meā. Eius/
modi uero uita ex mea dūtaxat pendet anima. Hæc au/
tem iādū penes te magnanīme Laurētī mi patrone ui/
uit: in ea præsertim amplissimarū ædiū tuarū parte: ubi
una cū Platōe/nostrū illud de animorū immortalitate ser/
uatur opus/tuo iam pridē nomini dedicatū. At animus
iste meus: & si in beata quadā quasi patria penes te uitā
agit/uerūtamen/quod & theologi uolunt/inquietus est
interea/donec opus id physicū tanq; suū corpus accipi/
at. Accipe igitur optime Laurenti/post illos de anima/
hos etiā de corpore libros: eodēq; afflatu/quo & illis du/
dum fœliciter his aspira. Ita enim & corpus hoc sub tuo
spīritu/per suā uiuet animā:& anima uicissim nostra cū
hoc iam suo corpore in tuis laribus cōquiescet.